

3912.

DISPUTATIO JURIDICA,  
*de*  
LEGITIMATIONE,

SS. TRIADE CLEMENTER FACULTATEM  
LARGIENTE,

Authoritate & Consensu

Magnifici & Nobilissimi J<sup>C</sup>torum Ordinis  
in Illustri SALANA,

SUB PATROCINIO

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Excellentissimi

VIRI

DN. STATII HARBORDI  
von WENDHEIM / J. U. D. CURIAE  
PROVINCIALIS SAXONICÆ utriusque Lineæ  
communis, Advocati ORDINARII  
Gravissimi,

DN. FAUTORIS, PRÆCEPTORIS ET HOSPITIS,  
omni observantia cultu devenerandi,

Publico placidoque Eruditorum examini submittit

AUGUSTUS KRÄHER/ Dresdensis,  
AUTOR.

Ad 9. diem Januarii,

In Auditorio J<sup>C</sup>torum.

---

JENÆ,

Literis JOHANNIS NISII,

Anno MDC LXIV.

305

# ГИОНГАМЕРОН

ИСКУССТВО ПЛАСТИКИ  
СОВРЕМЕННОЙ



## PROOEMIUM.

**F**ictionum varios modos, impellente Aequitate & Necessitate, (cujus magna in Jure nostro habetur ratio c. mutationes 34. VII. q. 1. l. 7. §. 1. ff. qui sat. cog.) Leges introduxisse, neminem, qui sacra Themidi operatur, latere potest. Justinianis novis, nota est Postliminii fictio, quæ cum, qui captus, reversum, in civitate semper fuisse, si verò ibi decesserit, eō momento, quō captus est, mortuum fuisse fingit, §. 5. Inst. quib. mod. jus patr. pot. t. t. ff. de Capt. & post. rev. Patrem & filium, eandem fingi personam, l. f. C. de impub. & al. subst. adeò, ut vox patris, vox filii intelligatur, §. 4. inf. Inst. de inut. stipul. quis est, qui nesciat? Nemo, qui Jura vel à limine salutavit, ignorat, unam quodammodo esse personam heredis & defuncti. l. 30. ff. ex quib. caus. maj. Nov. 48. pr. Repræsentationis jus, notius est, quām ut explicatione hīc indiget N. 18. c. 2. Ratihabitionis recursum probant text. l. 5. inf. C. de don. int. vir. & ux. l. 16. §. 1. ff. de pign. l. f. C. ad SCt. Maced. Aditionis tempus, cum tempore mortis, fictione juris, conjungi, dubium non est, per l. 54. ff. de acq. vel amitt. hered. l. 138. l. 193 ff. de R. J. Quām utiliter introducta sit insignis illa fictio, quā is, qui in utero est, pro jam nato habetur, l. 7. ff. de stat. hom. patet vel exinde, quod absque hac, ex L. XII. Tabb. à proximo agnato, ab hereditate paterna exclusus fuisset. arg. S. 2. Inst. de hered. qual. & diff. Inter omnes verò fictionum species, quas circa personas, res, tempus, locum, & alios actus iuria induxerunt, non postremum, meō quidem iudicio, locum obtinere videtur, ea, quæ in Legitimatione, modo illo acquirendæ patriæ potestatis, §. ult. J. de Nupt. occurrit, de qua jam, pro ingenii mei modulo, discursum formare animus mihi est; quæ cùm se satis commendet, multis eam evēhere encomiis supersedeo. Esto ergò, invocatō priùs nomine Domini nostri.

JESU CHRISTI, quō duce ad omnia nostra Consilia, omnesque Actus semper progredimur, ut cum Paulo Coloss. 3. v. 17. Imperator noster Sacratissimus loquitur, in l. 2. C. de Offic. Praef. Prat. Afric. tractationis ipsius.

### THESIS I.

Legitima, unde Legitimatio dicta, non uno modo, in Jure nostro, dicuntur (a.)

(a.) Et I. quidem Latè & generaliter pro omni eo, quod LL. est conforme. Ita Liberi dicuntur legitimi, oppositivè ad illegitimos. l. 4s. ff. de vulg. & pupill. subf. II. quod aut LL. est institutum, aut confirmatum, sic dicitur Hereditas legitima, quæ ab intestato, immediatè & Lege, scil. solâ, defertur. l. 11. ff. de Suis & Legit. hered. l. 2. §. ult. ff. unde Legit. eð sensu dicitur Legitima tutela, t.t. Inst. & ff. de Legit. tut. aut determinatum, ita tempus legitimum i.e. lege definitum. l. 3. ff. de Usuc. legitima latitudo, l. 3. ff. de serv. ruf. pr. ad. legitima usura. l. 7. §. 4. ff. de adm. tut. III. denotat quod ex causis civilibus descendit, ita §. 3. Inst. de Act. dicuntur Actiones Legitimæ, oppositivè ad eas, quas Prator ex sua Jurisdictione introduxit. quamvis & nonnunquam Legitimæ accipientur pro directis, l. 22. §. f. ff. de aq. & aq. pluv. arc. Denique IV. Legitimum idem est quod Solenne. ita in l. 77. ff. de R. J. 'Actus legitimi vocantur ideo, quod certam ac definitam formam à lege acceperunt, non quod Lex proxima eorum sit causa. vid. Gedd. ad l. 120. ff. de R. S. n. 6. Septem horum actuum notas annotavit Eichel. ad d. l. 77. quarum chorum dicit ea, ut scil. fiant certis & solennibus verbis.

### II.

Duplex autem Legitimationis tractatio in Jure nostro deprehenditur. Velenim Habilitationem Personarum, in Judicio agentiū denotat (a.) vel Modum, quo liberi rediguntur in patriam potestatem. (b.)

(a.) Nam

(a.) Nam si comparet quis ut procurator, sine mandato, obstat ei Exceptio Legitimationis personæ, nec auditur, nisi ejus persona sit legitimata Wehn. in *Obs. Præl. lit. c. verb.* Cammergericht / *S. modus referendi causas.* Quòd adeò verum, ut Jūdex ex officio injungere possit, ut personam suam per mandatum, Auctorium, Curatorium, aut Syndicatum, legitimet, daß Et sich durch einen genügsamen Gewalt geschickt mache. Quod & diversis verbis approbatum in terris Electoratus Saxonici, per Ordinat. Process. Judic. de Anno 1622. tit. 7. vers. Wenns gleich von Gegenheit nicht gefoschten würde. Carpov. part. 1. conf. 1. def. 26. Hinc & formalia sententandri: Dass angegebener Anwalt / (Klägers oder Beklagtens Anwalt) vor allen dingern durch Vorlegung eines richtigen mandats seine Person zu legitimiren / vel saltem, gebührenden zu legitimiren schuldig / V. N. W. Idem in Proces. Jur. tit. 5. art. 1. n. 54. Addit. Specular. (Patrem Præxeos,) tit. de Procur. Vant. rub. de Null. ex def. Mand. Zang. de Exc. b. t. & Praet. passim.

(b.) S. ult. J. de Nupt. & ita est q.s. παλισεντια, consideraturque rursus bisariam, aut enim sumitur pro Ingenuitatis, ut videre est ex t. ff. de natal. refit. aut pro Legitimæ nativitatis restitutione t. t. C. de nat. lib. Nov. 89. & N. 74. per tot. Quo etiam in sensu & nos hic Legitimationem accipimus.

### III.

His ita præmissis ad ipsam definitionem (a.) devienio. Est autem actus, (b.) quo liberi naturales (c.) fiunt legitimi (d.)

(a.) Alii definint, quòd sit remotio impedimenti Juris Civilis. Alii restitutionem, primis natalibus factam. Vid. Card. Tusch. Praet. Concl. concl. 215. lit. L. Baldus, privilegium illegitimo datum. Conf. 100. c. f. L. 4. & regenerationem factam viventi. Conf. 359. L. 1. Alii aliter. Nobis tanquam omnium optima placet modo dicta, quam suppeditat Vir Illustris Dn. Wilhelmus Ludwell, *Jctus & Antecessor Aldorinus primarius, Preceptor meus quondam honoratusimus, nunc & citoq[ue] & longe desideratusimus. D. 2. tb. 7.* Quam cuique Legitimationis speciei apprimè conve-

nire deprehendimus, eamque approbat *Magnific. Dn. Struv.*  
*J. Cus. consummatissimus Facultat. Jurid. Decanus & Senior, Confsl.*  
*Saxon. Curia Provincial. & Scabin. Affectus gravissimus, Fautor meus*  
*ac Preceptor calendafsimus. Ex. 3. tb. 47. Nobilif. Dn. Strauch. D. 4.*  
*Aph. 1.*

(b.) Generis loco ponitur vocabulum *Actus arg. l. 19. ff.*  
*de V. S. Rectius, quam Actus legitimus vel Legis actio. Hoc e-*  
*nim genus Legitimationi per subsequens matrimonium non*  
*convenit; ideoque tanquam nimis angustum meritò rejicitur*  
*à Bach. ad Treutl. vol. 1. D. 2. tb. 6. lit. A.*

(c.) i. e. ex Concubinā publicè habitâ & domi retentâ,  
*l. 144. ff. de V. S. nati, §. fin. Inst. de Nupt. l. 2. l. 3. & t. t. C. de nat.*  
*lib. N. 117. c. 2. N. 89. c. 1. Vide th. 9.*

(d.) i. e. omnia eademque planè, quibus justi seu verè le-  
gitimi gaudent, juris remedia & beneficia, dignitates ac ordi-  
nem assequuntur, ut nullum inter hos ac eos, qui ex initio justis  
nuptiis procreati, discrimen intercedat. §. ult. Inst. de Nupt. l.  
10. C. de nat. lib. N. 12. c. ult. N. 18. c. ult. N. 89. c. 8. vide th. ult.

#### IV.

Species sive modos Legitimationis tres statuo.

(a.) I. per Oblationem Curiæ, (b.) II. Subse-  
quens matrimonium, (c.) III. Rescriptum Prin-  
cipis. (d.)

(a.) Legitimationis modos Card Tusch. remissivè nume-  
rat XII, enumerat VIII, statuit V. in *Conclus. Pmst. Lit. L. Con-*  
*clus. 228.* Ubi à nobis enumeratis, addit IVtum, Nominatio-  
nem filii, in testamento vel instrumento publico factam;  
(quem & ex N. 117. c. 2. addunt Vultej. lib. 1. J. R. c. 23. n. 9. Ä-  
gid. Hortens. ad §. fin. Inst. de Nupt. & alii,) Verum, hic sepa-  
ratus modus non est, sed ad legitimationem per subseq. ma-  
trimonium, cuius probatio & præsumptio quadam est, rectè  
refertur. arg. d. N. c. 1. Vide beatæ memorie Ludwelli d. Disp.  
2. tb. 7. lit. e. & latè *Magn. Ungep. p m. Ex. 9. q. 6.* Affectio enim  
maritalis, quâ sola nuptiæ contrahuntur d. N. c. 3 & 4. utpote  
in ani-

in animo existens, per filii nominationem in testamento vel instrumento publico, vel coram actis factam, tanquam externo argumento, probatur, & monstratur verum cum matre intercessisse matrimonium. Liberi ergo per eiusmodi nominationem non legitimantur, sed legitimè natì ex legitimo matrimonio ostenduntur. *d. N. c. 2. & Artb. Si quis C. de nat. lib.* Cuius tamen præsumptionis hodiè, ubi Matrimonia non nisi coram facie Ecclesiae contrahuntur, nullus est usus, Brunnem, *ad d. l. 6. C. d. r.* Utam vero, quam addit speciem, & per testamentum Patris fieri existimat, ad eam quæ Rescripto Principes fit, commode referri posse statuimus, *N. 74. c. 2. N. 89. c. 10.* Cui & annumerandam censemus illam, quæ per Adoptiōnem fiebat, ex Constitutione Anastasi *l. 6. vers. filios C. de nat. lib.* quæ tamen à Justiniano, odio Concubinariæ conjunctionis abrogata *l. 7. vers. posterum C. d. r.* quod Reipubl. utilius iustis nuptiis legitimam posteritatem propagare, quam tot legitimandorum adminiculis petulantia colorem querere & libidines Parentum sublevare. Perez, in *C. de nat. lib.* Brunnem, *ad d. l. 6. C. eod.*

(b.) quando Pater filios suos naturales Curiaæ offert, aut filias curialibus copular *vñ. §. fin. J. de Nupt. i. 3. C. de nat. lib. N. 89. c. 2. prelaudatus I. C. & Antecessor Academia bujus famigeratissimus, Magnif. Dn. Struvius d. Ex. 3. Tb. 56.* Verum hic legitimandi modus, immutatâ Republicâ, à Curiis nostris recefit, & ab usu. *Dd. paſſim.*

(c.) Cum Pater concubinam, ex quâ liberos habet, legítimo sibi jungit matrimonio *d. §. f. & N. 89. c. 8. & 11.*

(d.) Cum Princeps ad preces patris naturalis, vel filii, aliquem Rescripto suo legitimum esse jubet. *Artb. præterea C. de nat. lib. N. 89. c. 9.*

V.

Origo etiam, quando scil. & à quo, quælibet species fuerit introducta, breviter erit delibanda. (a.)

(a.) su-

(a.) Juri Naturali incognitum esse legitimationis jus, extra controversiam forte possum. Hoc enim fictiones ejusmodi non agnoscit. arg. l. 76. ff. de Cond. & demonstr. l. 23. pr. verb. ne imagine ff. de lib. & postb. Nec juri Gentium, arg. §. 2. p. de f. N. G. & C. adscriendum. Non obſt. l. 19. pr. ff. de Capt. & postl. Sed ex Jure Civilis uam habere originem intrepide aſterendū. Nobil. Dn. D Falckner, c. P. P. Ord. ex Fautor atq; Praeceptor meu hononandus in sua Inaugurali de Retrotraſtione, lib. 4. Et primus quidem modus institutus fuit à Theodosio, & Valentiniāo, Imp. Eudoxo & Diſcoro Coss. per l. 3. C. de nat. lib. Post confirmatus à Leone & Anthemio, Jordane & Severe Coss. per l. 4. C. eod. Tandem & Justinianus eum explanauit, Constitutionem suam edens, nempe N. 89. c. 2. Vide Forſter. de Succff. lib. 6. c. 41. n. 1. 2. & 3. Secundus modus introductus à Constantino Magno, sacratissimā quādam constitutiōne, quam tamen non exſtare tradit Forſter. d. lib. c. 20. n. 4. Iſtam verò, novā promulgatā, renovavit Zeno Imp. Fl. Basilio XI. & Armatio Coss. l. 5. C. d. t. Justinianus denique (I.) l. 10. C. d. t. (II.) l. 11. C. eod. (III.) N. 12. auxit. Unde proclivis est judicare, Legitimandiſtum modum veteribus JCtis non fuſſe notum, id quod etiam colligitur ex pr. N. 89. Non obſt. l. ult. ff. de his qui ſunt ſui vel ab iur. Conſtrīavit etiam hunc modum Alexander III. in c. tanta X. qui fil. ſint leg. Unde follicitiſt ſunt Dd. an Juris Civilis diſpositio valuifet, niſi d. c. tanta, approbatio accessiſet? Barz. Tr. de fil. non leg. n. 44. Negat Ant. de Butr. ex hac ratione, quod legitimatio fiat mediante matrimonio, quod ſit spirituale. Reſtūs tamen contrarium defendit Ant de Rosell. Aliud namque est diſponere de ipſo actu spirituali, aliud ad actus alicuius ſecularis conſistentiam ac cum spiritualem præquirere. Rosell. Tr. de legitim. L. 1. c. de cauſa effic. n. 4. Quamvis nechoc, quod Matrimonium purè ad cauſas Ecclesiasticas pertineat, cum potius mixti fori eſte censeatur, concedendum Vid. Carpoz. Jurispr. Eccles. L. 2. def. 1. Tertium modum introduxit Justinianus N. 89. c. 9. cum & hic veteribus JCtis incognitus fuſſet, ut reſtē docet Forſter. d. lib. c. 31. n. 3. Non obſt. l. 57. ff. de ritu nupt.

VI. Cau-

## Causæ, pro Legitimationis diversitate, diver-

sæ. (a.)

(a.) Quoniam verò antiquæ subtilitatis ludibria spernenda sunt l. un. C. de nud. Jur. Quirit. toll. & veteris Juris non est evolvenda prolixitas. l. un. §. 9. in fin. C. de Caduc. toll. imò quæ in usu non sunt, non attendenda, silentio sepulto priori modō, de quo Brunnem. adl. 3. 4. § 9. C. de nat. lib. Rittershus. ad N. p. 4. c. 12. n. 10. Perez. in C. d. t. n. 5. duobus postremis, quos meritò insignis, quem modernis temporibus adhuc habent, Uſus commendat, potissimum immorabitur. Prūs verò, quam hinc decadam, & à perfectissimâ illâ & firmissimâ specie, Legitimatione per subseqv. matrimonium exordiar, offert se nodosa contentio: An in sublatæ oblationis Curia locum, Oblatio facta Monasterio successerit? Sunt qui Affirmativam suadent, antesignanô, Guilhelmo de Cunco, quem sequitur Baldus ad rubr. C. de SS. Eccles. n. 3. Verum contrarium verius est, cum diversissima Oblationis Curia & Ingressus in monasterium sit ratio; Etenim, monente Nobiliſſ. Dno Hahnio in Obs. Theor. Pract. ad Wosenbe. tit de his qui sunt sui. n. 2. (I.) Onera non levia erant Decurionatus, unde eorum intuitu à Theodosio & Leone inventus hic modus Legitimandi, quò plures Curiarum oneribus ferendis præstò es- sent, & Legitimationis honore & commodo, quasi illecebrâ ad onera illa, quæ plerique refugiebant, æquiori animo subeunda, invitarentur. Rittersh. ad Nov. p. 4. c. 12. n. 10. arg. l. 3. l. 4. C. de nat. lib. & eleganter Bach. ad §. fin. J. de Nupt. Sacra verò quæ Monachi celebrant, oneris nomine venire vix queunt, Cesiātque (II.) in iis ratio Utilitatis publicæ, cuius ratione hic modus introductus. N. 89. c. 2. l. 3. C. de nat. lib. Imprimis hodiè, ubi ex Collegiis Monachorum, tanquam ex equo Trojano, prodeunt non nisi ignorantia & Bacchi fratres, & porci saginati, qui clavem Scientiæ sustulerunt, priori suo seculô. de quibus graviter Himm. Tr. de Can. c. 2. (III.) Monachi subjiciuntur potestate Abbatis. ad avth. ingressi C. de SS. Eccles. E. non

possunt naturales hoc mediō redigi in potestatem patris naturalis. Add. Bach. ad Treutl. §. 2. tb. 6. lit. E. & Ludw. p. m. in Comm. Inst. de Nupt. d. §. fin. n.s. Ubi docet sententiam contrariam, haecenus forte recipiendam, ut Pater filio in testamento aliquid relinquere, aut ipse ad sacros ordines promoveri possit, Bach. d. l. in quibus terminis allegatos Dd. intelligit Ludw. cir. loco. Idem statuendum existimamus de Oblatione quæ fit Aulæ, seu ad officia Principis: In iis enim nulla Curialis conditio, nec in necessitate munierum subeundorum, nec in perpetuitate, nec in bonorum successione, occurrit, Donell. L. 2. Comm. c. 21. §. ex quib. Nec obstat, quod Principis persona dignior, adeoque opera, quæ in Principis negotiis fit, maiorem mereatur favorem, quam ea, quæ Curia solebat praestari. Scot. Disq. Jur. XI. Tb. 15. Non enim ratio hujus Legitimationis in honore Curiae, sed aliis jam dictis est fundata.

## VII.

Legitimationis per subsequens matrimonium causa efficiens vel est Remota, (a) vel propinqua (b).

(a.) Illa est Lex. hujus enim est fingere, non hominis. I. 3. ff. de Cafr. pec. (Non obstat. §. 1. Inst. quib. mod. obl. toll.) I. 6. pr. ff. ad municipal.

(b.) Hæc est ipsu Matrimonium, cuius tanta vis est, ut ipso jure, per fictionem illam translativam, matrimonium ad tempus nativitatis retrotrahatur, & ex eo momento, ex quo liberi e Concubinatu prognati sunt, pro legitimis habeantur. Ut autem in effectum, virtute Legis ipsi attributum, producendum, validè influere possit, etiam Subiecti, h. e. Personarum, cum quibus liberorum legitimandorum causâ matrimonium contrahitur, habilitas est attendenda. Debet enim Mater esse I. Libera §. fin. J. de nupt. ibi: qui à muliere liberâ procreatur. De Jure enim Civili inter liberum & ancillam matrimonium est interdictum, ideoque tantum Contubernium dicitur. I. 3. C. de incest. & inutil. nupt. Secus est de Jure Canonico, (quod

(quod alias in causis matrimonialibus Juri Civili præponderat.  
c. ult. X. de secund. nupt. Ungep. ad d. c. not. 1.) quô non attendi-  
tur dignitas & indignitas natalium & vita turpitudo; imò lau-  
di ducitur, & inter opera charitatis non minima refertur, si  
quis ducat mulierem impudicam vel meretricem can. pen. &  
ult. C. 32. q. 1. c. 20. X. de Sponsal. Magnificus, Nobilissimus, Conſul-  
tissimus & Excellentissimus Dn. Richter / JCtus, Comes Palatinus,  
Conſil. Sax. Facultatis Juridicae Ordinarius, Curie Provincia-  
lis Aſſessor, & Anteceſſor Academiae hujus primarius, Fautor ac Pre-  
ceptor meus religioſe venerandus, in Avrb. Quod jus C. de nat.  
lib. n. 6. in fin. II. talis, cum qua pater legitimans, poterat,  
ſecundum honestatem & bonos mores, habere conjugium.  
ante oblatum vitium, ſive ante compressum d. §. fin. j. de nupt.  
§. 3. verſ. nec non eorū j. de bered. que ab intell. defer. l. 10. pr. C. de  
nat. lib. Ubi queritur, An hæc habilitas requiratur tempore Con-  
ceptionis, an ſufficiat tempore nativitatis? Posterius affirmat  
Anton. de Rosell. Tr. de Legitim. c. de cauſa mat. n. 27. Covar-  
ruv. ad 4. Dece. c. 8. §. 2. n. 2. Prius etiam requirit Fachin. L. 2.  
Conr. 50. Zoēl. adfaffit. de Concub. n. 14. Nobis videtur distin-  
gui debere inter impedimentum Jutis Civilis, & Divini. Quod  
ad prius diſcipiendum, An ſit rale, ut & Matrimonium & Con-  
cubinatum prohibeat, &c non procedit Legitimatio. §. ult. j.  
de Nupt. & d. l. 10. & l. u. C. de nat. lib. An impedit quidem  
Matrimonium, non tamen Concubinatum, & Legitimatione  
locus eſt. Quoad posterius, ſi nempe impedimentum ſit ex  
Jure Divino, aut Naturali, Legitimatio ceflat. Zoēl. d. l. De  
consuetudine tamen, ſi non adſit impedimentum posterioris  
generis, eam indiſtincte procedere testatur Nobiliss. Strauch.  
Diff. ad ff. 4. Aph 10. Legitimationi etiam non obſtar Matri-  
monium intermedium, ut ſi quis v. g. ex concubinâ filios pro-  
creaverit, & poſtea ducat aliam conjugem, quâ demum  
mortuâ pрадictam ſibi copulet concubinam; nam tunc etiam  
filii antea ex eâ nati legitimantur. Dubium enim non eſt,  
quin poſt mortuam uxorem, licetè poſſit in uxorem duci ejus-  
modi Concubina, nec LL. etiam hoc in caſu diſtinguunt, id-  
eò nec nos diſtinguere debemus arg. l. 8. ff. de Publ. in rem aſſ.

B 2

Vide

Vide Schneiderw. l. ad Patr. Pot. n. 22. Forster. de success. lib. 6. c. 23. n.  
1. Bach. ad Prota ad tit. de statu hom. sub. rub. de Legit. n. 6. Ant. de  
Rosell. d. Tr. c. de causa mat. n. 27. & seqq. Ubi ad contraria re-  
spondent. Non minor est controversia, An etiam Matrimo-  
nium ab eo, qui in extremo mortis articulo constitutus est,  
contractum, efficax sit ad legitimandum? Quod affirmamus,  
vel ex hac solâ ratione, quod ad Legitimationem nihil aliud  
requiratur, quam Matrimonium legitimè initum, Nuptias  
autem faciat solus consensus, & declaratio affectionis maritalis  
l. 30. ff. de R. f. c. 4. C. 27. q. 2. Cum igitur in articulo mortis  
constitutus possit talem affectionem (mentis namque integri-  
tatem presupponimus,) declarare, omnino & legitimare eum  
posse concedendum. add. l. ii. verf. licet C. de nat. lib. l. 27. C. de  
nupt. l. 106. ff. de Cond. & demonst. l. 12. C. de Leg. bered. c. ii. c. 4.  
C. 27. q. 2. c. 16. X. de Spons. Plura hinc objicit Bachov. ad ff. &  
d. t. n. 7. quod hinc cessent Matrimonii tam primarii quam secun-  
darii fines; ceseret ipsa maritalis affectio; ita non satis fiat DEO,  
qui sibi non patiatur illudi; fraus fiat liberis & aliis.. Addunt  
alii tex. l. 39. ff. de jure don. c. 2. X. de frig. & malef. l. 51. ff. de ul-  
sufri. Quibus tamen satisficeri potest ex iis, quæ tradunt  
Ant. de Rosell. d. l. n. 32. & seqq. Lud. de Sard. Tr. de Nat. lib. &  
succ. cor. tit. de Legit. per Ver. matr. n. 2. Add. Nobiliss. Dr. Stru-  
nor. ad Ex. 3. tb. 50. Schneiderw. d. l. n. 23. Forster. d. lib. c. 22.  
Quod & Jure Civili absque Dotalibus instrumentis, Germanicè Chrestiflung Heyrathsbriefe fieri potuissi verius videtur:  
cum Legitimatio, non ab instrumentis hisce, sed à Matrimonio  
per instrumenta probato dependeat. c. 6. X. qui fil. sint legit. arg.  
N. 117. c. 3. & seqq. Ludw. p. m. d. D. 2. tb. 7. lit. g. Tempore  
nimicùm Justiniani Nuptias solo affectu contrahabantur, extra  
ullas solennitates. d. N. & N. 74. c. 4. Utigitur de mutata affec-  
tione concubinariâ in maritali, (differentiam hinc utrum uxorem  
& Concubinam constitueret, l. 31. pr. ff. de don. l. 49. §. 4.  
ff. de Leg. 3.) constaret, instrumenta plerumque conficieban-  
tur, unde & est, quod corum tam frequens in jure mentio. Si  
verò de hac aliunde constet, Matrimonium vim suam exserere  
etiam his deficientibus posse non dubitamus, arg. l. ii. C. de  
Repud.

*Repub. l. ult. C. de don. ant. nupt. l. 5. C. de nat. lib. Lud. de Sard  
d' Tr. c. de Requif. in Legit. n. 7. Ant. de Rosell. d. l. c. de caus.  
form. n. 2. Magn. Dñ. Struv. ad b. t. Tb. 50. Franzk. Ex. 2. q. 8. Non  
obst. N. 12. c. 4. N. 39. c. 8. & u. Ad quos Juris textus responsi-  
onem vide in Comm. Ludw. p. m. ad §. ult. f. de nupt. Dis-  
sentit Bach. all. loco n. 12. De Jure Can. & moribus nostris,  
quoniam Benedictio Sacerdotalis in Copulandis nuptiis est ne-  
cessaria, c. alter. C. 30. q. 5. hac qualitate cessare videtur. Franzk.  
d. l. in f. Addit. Magn. Ungep. p. m. Ex. 3. q. 5. in nego. ubi de  
hac benedictione elegans Responsum Theol. Lipf. & Wit-  
tenb. affert. Nec filius solum, mediante matrimonio patris,  
sed etiam nepotes per Avi matrimonium, post obitum filii sub-  
secutum hoc modo legitimantur. Quia illud quod antea de-  
fiebat, & ob cujus defectum nepos non erat in familiâ avi,  
jam verè adest, & nihil obstat, quod minus hujus Legitimatio-  
nis principium possit ab ipso nepote, quippe de cujus legitimi-  
matione agitur, procedere. vide l. 5. ff. de grad. & affin. No-  
bility. Dñ. Struv. d. Ex. Tb. 50. Scot. Disp. II. Tb. 17. Barz. d. Tr. n. 40.  
Requiritur etiam III. ut mater domî non affectione maritali,  
sed Concupinariâ, retenta l. II. in pr. C. de nat. lib. §. 3. vers.  
nec non eos; ibi: non ab initio affectione maritali. f. de hered. que ab  
int. Exigunt hic nonnulli IV. non adesse liberos legitimos;  
Verum hoc hîc non desiderari rectius statuit Gudel. de Jur.  
Nov. cap. 15. Rittershus. ad Nov. p. 4. c. 12. n. 8.*

VIII.

**Legitimationis per Rescriptum Principis Cau-  
sam efficientem constituo vel Principalem, (a.)  
vel minus principalem, (b.)**

(a.) Principalis est Princeps, summus sc. uti vocatur in  
pr. proœm. Instit. In imperio nostro Imperator, in rubr. C. de  
prec. Imp. offer. Non obstat vulgata Politicorum Theorica;  
Principes & Status Imperii Romani in suis territoriis repre-  
sentare Imperatorem, itemque valere in iis, quod Imperator  
in universo. Quamvis enim, testante post Warem, ab Ehren-  
bergk, Limnaeo, nullus ferè liber à JCtis conscriptus lucem

viderit, qui hoc axiomate non önetur, tamen hanc opinionem periculosam, ejusque generalitatem non saltem suspicam sed & falsissimam, testatur Limnæus de J. P. L. 4. c. 8. n. 7. & ratione Jurisdictionis procedere; at majestatem & regalia quod concernit, fallere, demonstrat d. l. n. 8. & 9. Tantum scilicet potest in concessis, sed non omnia. Unde & istam cum nica salis accipiemad esse monet Becker. in Synops. J. P. lib. 3. c. 4. s. 10. Salvò nempe Jure Superioritatis, & iis quæ Imperatores sibi reservarunt, quæ Reservata Cæsarea Germani Kayserliche Hoheiten und Reservaten appellitare solent. Legitimationem verò jura summa Majestatis contingere extra dubitationis aleam est positum. Et hanc sententiam de Jure Civili verissimam cum Bocer. Chasian. Steph. Bertrand. agnoscit Limn. d. l. Lib. 2. c. 9. n. 140. licet Usus & Praxis hodierna nonnunquam ab eâ deviet. Ita refert Joachimum II. Elect. Brandeb. quendam legitimâsse, qui post in Collegium der Ge wanschneider admisius est. ex Schepeliz. ad Conf. March. p. 4. tit. 15. q. 1. Expedit Imperator hanc Legitimationem vel immediate, cum vi Regalis hujus majoris, potissimum & præcæteris Principum, Comitum & Baronum filios natalibus restituit; exemplum exhibet Limn. d. l. n. 140. vel mediata etiam longinquis in locis, per Comites, quos Palatinos vocamus, alias Comites Sacri Palatii Lateranensis, (vel à Palatio Lateranensi Romano, in memoriam nempe veteris dominii, vel à Lateranensi Palatio, quod est Aquisgrani. Carpz. ad L. Reg. Germ. c. 10. sect. 10. n. 4.) Aula Cæsarea ac Consistorii Imperialialis, Pfalz-iii. Hofgraffen/ Add. Speid. in nor. ad Besold. Thes. Pratt. v. Pfalzgraff. Quibus ex singulari gratiâ potestatem legitimandi, certum aliquando modum definiendo, concedit. Magnif. Dn. Struv. d. Ex. Th. 54. Horum potestas, quamvis pro benignâ concedentis concessionem variet, communiter tamen possunt creare Notarios & Tabelliones, nec non legitimare spurious. Carpzov. d. l. n. 5. Non tamen ad Feuda, Vult. i. Feud. g. n. 99. nec in casu existentium legitimorum, nisi expresse privilegio sit concessum. Lima. de J. P. Lib. 4. c. 4. n. 74. Sed, An proprios liberos? Affirmantes nituntur hac ratione, quod sit Jurisdictionis voluntaria, adeoque exerceri possit in propria

priā causā. l. 3. l. 4. ff. de Adopt. l. 18. ff. de manumiss. vindict. Hunn. vol. 1. Disp. 2. Tb. 6. Hahn. ad Wefenb. tit. de his qui sui. n. 2. verb. per diploma. Negativam ē contra qui tueruntur, ad contentiosam referunt; Cui sententia accedimus, quamvis nec ad Voluntariam nec Contentiosam Jurisdictionem Legitimationem propriē pertinere existimemus, cū enim certa hīc necessaria sint requisita, quandoque etiam sub sit præjudicium tertii, de quibus ante Legitimationem constare debet; ideo sub generali concessione hunc specialem calum comprehensionem non arbitramur. Sed nec hoc satis expeditum: An Comes Palatinus (vel etiam Imperator,) extra Imperii limites possit legitimare subditum, imperium non recognoscens? Sequimur hīc Limn. distinguenter, inter provincias, quæ ad Imperium quodammodo pertinent seu quarum Imperator aut Patronus, aut Protector, aut Advocatus, licet de facto quoad cætera eidem non pareant, & eas quæ nullo modo Imperio agglutinatae. In illis, quia Imperatoris Majestatem comiter observant, nec hoc in passu reverentia coarctanda. In his forte irritus conatus. Limn. d. Lib. 4 c. 4. n. 65. tb. n. 68. ubi exemplum assert Johannis Navarri, in Gallia Majestatis, quod nomine Rom. Pontificis quosdā natalis restituisset, damnati. adde Limn. d. I. De quæstione, An extra Imperium constitutus, saltem possit legitimare eum, qui est Imperii subditus? videatur Idem d. I. n. 72. An à Papâ legitimatus ubique pro tali sit habendus vid. Rittersh. p. 4. c. 12. n. 9.

(b.) Minus Principialis est vel Pater, cui non amplius integrum est, liberos naturales per viam matrimonii & iustiarum nuptiarum celebrationem, legitimare, quando scil. mater illorum est præmortua, vel aliud quodvis legitimum impedimentum intercedit, quod minus per conjugale consortium Legitimationi liberorum suorum consulere possit. avth. praterea qui C. de nat. lib. ad eamq[ue] Magn. Dn. Richter. A. 3. vel Liberi naturales videth. ro. lit. b.

#### IX.

Causa materialis, sive Objectum utriusq[ue] Legitimationis, sunt liberi naturales, (a.) &, moribus

bus nostris, spurii, ac omnes ex solutis personis  
nati. (b)

(a.) Non quidem in latiori significatione, prout gener-  
liter denotant omnes, qui non sunt ex justo matrimonio: uti  
vocabulum Naturalis accipitur in l. 4. §. 2. ff. de Gradib. ubi Na-  
turalis cognatio per feminam descendit, qua vulgo liberos  
peperit. eodem sensu etiam ratione vulgo quæstorum Pater  
dicitur naturalis. l. 14. §. 2. ff. de Ritu nupt. Bach. ad Prota tit. de  
Adopt. n. 5. & ad Instit. de nupt. §. ult. n. 5. Riem. queſt. illuſtr. 10.  
Nec, prout naturales opponuntur Adoptivis; iisque indigan-  
tur, in quibus & naturalis & civilis copulatur cognatio, uti lo-  
quitur Modeſt. l. 4. ff. de Gradib. Hiſquidem Legitimationis ad-  
miniculō non indigent. Tales autem reputamus non ſolūm,  
qui nono & decimo poſt nuptias mense editi ſunt. Macc. 7. Sap.  
7. verſ. 2. ſed etiam natos, mense Septimo, l. 12. ff. de Statu hom.  
quamvis ſub ejus initium, die 182. l. 3. §. fin. ff. de ſuis & leg. Magn.  
Dn. Richter. Dec. 89. n. 2. à matre licet, quaꝝ ad ſecunda vota  
transiit. Id. d. l. Hahn. in Obs. Wesenb. tit. de Statu hom. n. 3. verſ.  
poſt quam nati. quo caſu nec conjugi bus juramentum purgatio-  
niſ imponi poſte prajudiciis JCTorum Helmstad. conſirmat. d.  
l. Imò Gothfred. refert, SCto Parisiensi, patrem heredem pro-  
nunciatum filii, quinto mense, exfectō ventre matris, editi, &  
ſpiraſſe viſi, ad Nov. 39. c. 2. lit. Z. Legitimus etiam eſt, natus  
mense Octavo. Arum. in Coron. Lib. 2. Dec. n. 49. & mult. ſeqq.  
Hahn. d. l. Carpz. p. 4. Conſ. 27. def. 14. ubi prajudicia vid. add.  
Tiraq. ad L. ſi unquam C. de revoc. don. voc. fuſcepere liberos n. 210.  
Speckh. Cent. 1. q. 77. n. 9. Besold. in Oecon. tit. 5. & 6. lib. I. fforum  
§. 14. n. 1. qui in rationes, cur ſeptimeſtris partus dicatur vita-  
lis, oſtineſtris non, inquirunt. Jung. & Bach. in Prot. de Adopt.  
ſub rubr. de legit. lib. n. 3. & ad Treut. D. 2. tb. 5. lit. E. Poſt 10.  
menses mortis natum non admittit ad legitimam hereditatem  
Ulpian. l. 3. §. pen. ff. de ſuis & legir. hered. Besold. d. l. n. 2. natum  
tamen ſub initio menſis undecimi pro legitimo habere videtur  
Justinianus N. 39. c. 2. Carpz. d. l. def. ult. Hahn. & Tiraq. l. cit.  
Quamvis Dom. Arumæus, in mirando hoc mysterio, circa  
hunc & ulteriore partum, utpote qui doctorum virorum ju-  
dicio

dicio visus/ add. Plin. d. 7. nat. bis. c. f. citante eum Gothofr. ad  
d. N.) prudentis Judicis arbitrium, accuratamque circumstan-  
tiarum considerationem exigat d. l. n. 81. quo & inclinat Rit-  
tershi. ita scribens: quia haec res valde lubrica est, propter ma-  
gnam incertitudinem, & varietatem, quæ partui humano præ-  
ceteris animalibus à naturā indulta est, ideo moribus à Justi-  
niani constitutione (in d. nimirū N.) recessum *all. l.* Unde &  
Goth. *ad d. N. 39.* notat, apud Parisienses partum 14. mense edi-  
tum, declaratum legitimū. Nec enim, addit, Vulgaris partus  
rationem, summi illi Juris antisites tanti faciendam putarunt,  
quoniam matrona honesta, cui nihil aliud imputari potuit, quam  
quod contra vulgarem mulierum morem pareret, audiretur,  
*d. l. lit. Z. add. Speckh. cit. loc. n. 18.* Sed nec Legitimatione in-  
digere existimamus eos, qui ante nuptias concepti, sed partus  
tempore in matrimonio editi *l. u. C. de nat. lib. l. 6. ff. de Statu*  
*hom.* Nec distingvimus, an tempore Concubitus promissio de  
matrimonio aut sponsalia inter venerint, an non; Nam & ex  
non sponsorum consuetudine extranuptiali conceptus, po-  
ste securis nuptiis editus legitimus est, non legitimatus dicen-  
dus. Ob tempus partus, quō ex viro & uxore, legitimis con-  
jugibus tunc existentibus, est editus. Hahn. *ad tit. de bis qui sū*  
*vel al. voc. per subsequens marr.* Nec obstant virtutis conceptionis.  
Purgantur enim in favorem matrimonii, quod retrotrahitur,  
& initio, tempore concubitus, contractum censemur. *c. tanta X.*  
*qui fil. sint leg.* Nec hāc in parte contrarium Jure Saxonico con-  
stitutum in textu Landr. *lib. 1. art. 36.* Wenn ein Mann ein Weib  
nimmet/ gewinnet sie Kinder/ ehe die rechte Zeit kommt/ do das Kind  
gebohren werden möchte/ mag man es beschelten an seinen Rechten/  
wenn es früh gebohren ist. Quia Usus & observantia recla-  
mat, quibus tamen fulcris alias sustinetur Jus Saxonum. Car-  
pov. p. 3. *Conf. II. def. 13. n. ult.* citatus à Magnif. Dn. Richtero  
*in Avth. quod ius. C. de nat. lib. n. 19.* Sed quid dicendum de  
iis, qui contractis sponsalibus, (etiam clandestinis,) ante be-  
nedictionem sacerdotalem, sposo cum sponsa concuben-  
te, & non securis nuptiis decedente, nati? Nec hos è legitimō  
rum numero removendos statuimus, præente Dn. Hahn. *d. l.*

C

per

per e. per tuas X. qui fil. fint legit. Benedictio enim sacerdotalis,  
quamvis necessarium hodiè sit requisitum, & ad bene esse ma-  
trimoniū requiratur, adeo ut pœnis, & censuræ Ecclesiasticæ  
subjiciendi, qui, hâc non imperatâ, coēunt, ipsam tamen ma-  
trimoniū essentiam non ingreditur, sed consensus, & quidem  
magis copulâ consummatus, verum constituit matrimonium.  
L. 30. ff. de Ref. d. c. 12. X. qui fil. fint. leg. B. Dn. Gerhard. Tom. 7.  
§. 476. Magn. Dn. Richt. Tr. de fœc. ab intest. fœt. i. memb. 3. n. 10.  
Nobil. Dn. Struy. Ex. 29. tb. 26. Sed Naturales hîc appellantur  
ex concubinâ concepti, cum quâ legitimum matrimonium  
esse potest §. fin. Inst. de nupt. l. 10. C. de nat. lib. Hi autem  
duplicis sunt generis I. enim tales sunt, qui suscepti in servi-  
tute l. 88. §. ult. ff. de Leg. 2. l. 17. §. 1 ff. que in fr. cred. l. 4. C. de  
interd. matrim. Naturales hi dicuntur, quia Lex servorum non  
agnoscit matrimonium, sed tantum contubernium, obest igitur  
status parentum liberis ejusmodi, quo minus in legitimo  
conjugio nati dicantur. Bach. ad Inst. de nupt. §. ult. n. 5. Esse au-  
tem & hos Legitimationis objectum demonstrat Avib. sed nova  
C. de nat. lib. N. 18. §. f. & N. 78. c. 3. ex eâque desumpta avib. Nova  
alia C. eod. Gudel. de Jure Novis. c. 15. §. porr. vers. quid igi-  
etur. Nec obstat l. 3. C. de inc. nupt. Temporale enim impedimentum,  
quô durante possit esse in concubinatu mulier, non  
officit Legitimationi, arg. l. ult. C. de Concub. Bach. d. A. Rittersh.  
p. 4. c. 12. n. 8. II. qui nati sunt ex concubinâ. l. 7. ff. de confi-  
tut. l. ult. C. eod. l. 40. ff. de Vulg. & pupill. subst. Concubinam autem hîc intelligimus eam, quæ uxoris loco domi habetur, &  
cum quâ solâ quis cohabitat, N. 18. c. 5. Gabr. Palzott. Tr. de  
notb. & ffur. c. 12. n. 2. Et talis Concubinatus hoc Jure fuit  
impunitus Magnif. Dn. Richter. in Avib. Licer Patri C. de nat. lib.  
per conniventiam tamen magis toleratus, quam approbatus.  
Brunn. ad l. 8. C. eod. quamvis Latini Autores etiam Concubinam  
accipiant pro quâvis amicâ, etiam nuptiâ, sic Sveton. Nu-  
ptiarum concubinatus, in Nerone. eodem modo Cic. i. de Oim.  
Naturalibus autem & ante Constantium hoc nomen tribu-  
tum ex l. 7. ff. de confi. tur. & l. 45. ff. de Vulg. & pup. subst. contra-  
Fabrum & Riemer. evincit Dn. Strauch. Ex. q. tb. 3. ubi & ad N.

89. re-

99. responderet, & demonstrat, textum authenticum non innuere vocabulum naturalium tum nondum in usu fuisse, sed Notorum, (quo nomine ibi Imperator naturales indigitat,) à Legislatoribus non habitam curam fuisse. Eodem modo explicat Palazzott. *Tr. de noth. & spur. c. 35. n. 36.*

(b.) Spurii de J. Civili excluduntur; patrem enim habere non intelliguntur. §. 12. J. de nupt. l. 23. ff. de Stat. hom. unde & Seneca eos, publicos pueros, vocat, & Martialis:

Cui Populus pater est, non habet ille patrem. Rittersh. d. p. q. c. 12. n. 6. Forst. d. lib. c. 46. n. 9. Secus est moribus nostris, quibus nulli verè naturales reperiuntur. Omnis enim hodiè Concubitus extra matrimonium illicitus. Polster Ordin. in Frankfurt de Anno 1577. tit. von leichsamtiger Beywohnung. Schulz. in Synop. Inst. de Nupt. lit. b. In quō uno ferē honestatem nostrorum temporum superare tempora Justiniani iudicat Brunn. adl. 2. C. de nat. lib. Imò mores & Consistoria magis abhorrent Concubinatum, in personā publicē pro Concubinā habitā, & retentā, quam fornicationem & clandestinos complexus; quia minoris sunt scandali, nec diuturni peccati vid. Brunn. adl. 2. C. de nat. lib. Unde (præsertim cum, quamvis Luxurious clām & furtim habeat pellicem, propter pœnas tum Carceris, tū pecuniarias, aut alias, nunquā hoc fateatur Brunn. d. l.) nulli planè tali modo naturales; & per consequens omnis cessaret Legitimatio; Quoniam verò misericordiā indigni non sunt, qui alieno laborant vitio l. 7. C. de nat. lib. Ideò Jus Canon. & Consuetudo, spuriorum etiam Legitimationem admisit. Dd. in d. c. tanta X. qui fil. fint. legit. Dn. Strauch. d. Ex. 4. tb. 47. Nolumus autem hāc generalitate comprehenso adulterinos, aut incestuosos, utpote, qui omni beneficio sunt indigni, adeò, ut Jure Civili ne quidem alendi. N. 74. c. 6. N. 89. c. 15. Avth. ex complexu C. de incest. & inut. nupt. Quem rigorem Juris Civilis mitigāsse creditur Jus Canonicum in cū haberet s. X. de eo qui dux in matrem, quam poll. Forst. d. lib. 6. cap. ult. & Dd. magis communiter. quā Canonicā ex quietate liberis ex damnato congressu natis alimenta pro facultatum modo debentur. Quibus contradicit Treutl. vol. 1. D.

19. tb. 3. lit. G. & fortassis rectè arg. c. per venerabilem 13. in f. X.  
quis fili sint leg. Magistratus tamen ex officio, liberis, alias fa-  
me perituri, alimenta decernet. ut rectè Bach. ad d. D. tb. 3. lit.  
E. & G. quem allegat Ludw. p.m. D. 10. tb. 2. inf. jungs Bruno. ad  
Avth. licet patri C. de nat. lib. quod & præjudiciis confirmat  
Magn. Dn. Richt. Tr. de Succ. ab int. seft. i. memb. 3. n. 3. Prin-  
cipem verò, ex certâ scientiâ, & hos legitimare, posse post Bald.  
& Dec. tradit Magn. Dn. Struv. Ex. 3. tb. 53. Qua tamen  
Legitimatio ita interpretanda, ut absque præjudicio aliorum  
facta censeatur; Principis enim intentio talis præsumitur,  
qualis est Legis. l. 48. ff. de vulg. & pupill. Subft. ultraque suam  
causam non extendatur arg. c. i. 2. & c. f. X. de fil. presbyt. l. 16.  
ff. de Acq. rer. dom. Magnif. Dn. Richt. ad Avth. præterea C. de  
nat. lib. n. 17.

X.

Forma elucescit ex requisitis, tam in eâ, quæ  
fit per matrimonium, (a.) quam per Refcri-  
ptum Principis, (b.) de Jure, necessariò (c.) at-  
tendendis.

(a) Ad Legitimationem per subsequens matrimonium  
requiritur à parte parentum, I. Matrimonium legitimum,  
de quo tb. 7. latius dictum, II. à parte liberorum consensus  
(quem nec in altera specie excludimus,) ut nimis aut con-  
sentiant in Legitimationem, aut eam ratam habeant, N. 89. c.  
n. l. ult. ff. de bis qui sui velat. jur. Forst. d. lib. 6. c. 21. Si enim  
solvere jus Patria Potestatis, invitisi filii, non est permisum pa-  
tribus, multò magis, per potestatem redigere invitum filium  
& nolentem, justum non est, ait Justin. Dissentit Zoësius. Ra-  
tio ejus est, quod hic effectus tribuatur matrimonio, illudque  
necessariò inequatur, adeoque à filio impediri non possit,  
Zoësi. adffa. tit. de Concup. Verum Respond. Tribuitur ma-  
trimonio, sed hâc sub conditione, si liberi consentiant, d. Nov.  
Non igitur obstat, quod secundo urget, pacta filiorum juri  
communi Legitimationis non posse derogare. Quia enim ju-

126x-

ra expressè liberis, an velint consentire, an non, permittunt, ideò nulla h̄c occurrit derogatio. Cūm verò hodiè exiguis Patriæ potestatis effectus, nec hujus quæstionis magnus forte est usus. Bach. ad Treutl. D. 2. tb. 6. lit. D. III. Desiderant nonnulli h̄c Instrumenta Dotalia. Sed per horum omissionem ut & IV. Liberorum existentiam, non impediri Legitimationem jam suprà dixi. th. 7. lit. b. in f.

(b.) Hoc sit si vel ipse Pater filios, vel liberi naturales, offensâ Patris voluntate, legiti mari petant. avib. item sine C. de nat. lib. Ut autem legitimè celebretur, requiritur I. ut Legitimatio per subsequens Matrimonium locum non habeat, vel quia mater mortua, aut sine peccato ducitione possit, aut aliás legitimò jure indigna. N. 89. c. 9. Magn. On. Struv. loc. cit. Ritterh. d. l. n. 9. Cujac. ad N. 74. Aliás enim s̄ in potestate ejus possum, naturalem, per subsequens matrimonium legitimare, extraordinarium querere, aut legitimationis beneficio, fornicationis turpitudinem operire non debet. Gail. 2. Obs. 142. n. 3. II. ut non existent liberi ex justo matrimonio Avib. præterea C. de nat. lib. III. Ut sint procreati ex personâ liberâ, N. 74. N. 89. c. 9. Ex quibus simul elucet differentia hujus secundi modi à primo, nam primus habet locum, sive extens liberi, sive noti, per jam dicta, Cujac. ad N. 12. Primus admittit etiam naturales ex ancillâ conceptos. Hic secus res sese habet. Rittersh. d. l. n. 9. Quibus IV. addunt Citationem & consensum Cognitorum, qui aliás succederent. Rittersh. cum Borchold. distinguit, an pater, vel ipse, vel patre mortuo, ex ejus voluntate & iusl, Naturales, Rescriptum à Principe impetraverint: an verò Naturales, eō mortuo, sine ipsius voluntate & iusl, p. 4. c. 6. n. 8. De cuius tamen distinctionis veritate, in terminis propositis, dubitari posset ex iis, quæ dicentur, th. ult. lit. b. n. 4. limitat. 3.

(c.) Intellige Regulariter. Nam & circa hæc requisita Principem, ex plenitudine potestatis, posse dispensare, & extantibus etiam liberis legitimis, si pater hoc, debito modo, facta in supplici libello naturalium, & legitimorum mentione,

Impetraverit, ex certa scientia, Legitimationem concedere, trahunt Dd. Dn. Struv. all. loc. Brunn. ad avth. præterea inf. Carpz. ad L. Reg. Germ. c. 12. n. 9, ibique all. imprimis Gail. L. 2. obf. Pratt. 142. per tot.

XI.

Circa Finalem Causam, quæ est, ut liberi redigantur (a.) in Patriam potestate, & pro justis reputentur, variis exsurgunt effectus. (b.)

(a.) Spurii & naturales (hos enim promiscuè hic accipimus,) non quidem infamia laborant, nullam quippe in iis turpe factum, ob quod notari possent; quoniam tamen ex turpi coitu, Etner leichfertigen/ ungenügenden Beywohnung/ orti, arg. l. 144. ff. de V. S. l. 13. ff. ad L. Jul. de Adult. c. Conjunctiones 35. q. 2. & esse spurium & naturalem, Civiliter turpe est. arg. l. 5. C. ad SCt. Orpb. l. f. C. de nat. lib. levi asperguntur maculâ. Hahn. ad Wesenbec. tit. de his qui not. inf. n. 2. verb. aliam, quæ non tantum locum facit querela inofficiosi, l. 27. C. de inoff. test. sed causa est, ut non facile admittantur ad dignitates. arg. l. 3. s. 2. ff. de Dec. nec recipi soleant in collegia opificium. Magn. Dn. Richt. p. 2. Dec. 80. n. 19. Quoniam itidem patrem, quem nuptiæ demonstrant, non habent, in potestate & familiâ non sunt s. pen. Instit. de nupt. non sunt sui heredes, nisi quod, si parentes absque liberis decadant legitimis, naturales ex hereditate patris habeant duas uncias. per avth. licer C. de nat. lib. Magn. Dn. Richt. Tr. de Suc. ab int. secl. l. membr. 3. Brunn. ad h. avth. Et quæ alia spuriorum incommoda. His omnibus commode succurrit Legitimation, maculam illegitimâ natalitatem contractam, abstergit, eosque natalibus, agnationi & familiae restituit. Carpz. p. 1. Conf. 6. d. 16. n. 2.

(b.) Emergent inde Legitimationis effectus, maximè conspicui. qui, ut ordine explicitur, considerari possunt, vel absolutè, vel respectivè, respectu nempe habitu ad parentes & agnationem. Absolutæ considerationis effectus plerique, communes esse videntur utrique Legitimationi: Unde est, quod Legitimi, tam per matrimonium subsequens, quam Rescriptum Principis I. ad Jura civitatis, civiumque

con-

consortia, sum Bürgerrecht/admittantur. Carpz. d. l. def. 16. II.  
in Collegia opificū debeant recipi. Hahn ad Wesenb. iir. de  
bis qui suivel al. n. 2. vers. per Diploma. ubi ita respondisse addit  
Facult. Jurid. Helmstad. Aus dem Legitimation Orteſſe so viel  
zu befinden/ daß N. bey der Kürſchner gilde zulassen. Sed quid  
tunc dicendum, si Statutum expreſſe requirat legitime na  
tum? Et nec hoc caſu, si Legitimatio facta in ampliſſimā  
formā, insertis clauſulis derogaſoriis, arge. eorum, que habeſ  
Gail. L. 2. obſ. 140. n. 20. aut per ſubſequens matrimonium, le  
gitimatum excludendum exiſtimamus. Matrimonium nam  
que retrotrahitur ad tempus Nativitatis, omnemque purgat  
maculam, d. c. tanta ibiq; Dd. X. qui fil fint leg. Carpz. p. 2. C.  
6. def. 12. ubi contra matrimonii favorem tale Statutum non va  
lere afferit. n. 5. Unde & legitimato per ſubſequens mari  
monium dari potest testimonium, quod ex Legitimo thoro,  
& probis honestisque parentibus natus fit. Daſſ Et von Ehr  
lichen frommen El'ern/ und aus einem rechten / ehrlichen/ unbe  
fleckten/ ungeradelten Ehebette herkommen / und gebohren. Carpz.  
p. 2. Conf. 6. def. 15. III. quod pateant ipſis, pro meritis, adi  
tus dignitatum, nec ad honores praecluſa ſit via. patet hoc  
ex formula, quam ex Goldaſto aſſert Limn. L. 2. c. 9. n. 140.  
Ubi Conradus IV. hoc modo de natalibus diſpenſat: Nos  
ſupplicationibus ſuis, benignius inclinati, de plenitudine potestatis  
noſtra, exercita ſcientia, eos ſpurios effe, ſcientes, legitimavimus, &  
ad omnia iura legitima reſtituimus, ut tanquam legitimi, & de legi  
timo thoro nati in bonis paternis & maternis, que Feudalia non exi  
ſunt, ſuccedant, & ad omnes actus publicos, & civiles honores, ſi ſe  
casus ingeſſerit, admittantur, & in omnibus aliis ſtam liberè exercere  
poſſint actionem, objecſione proli illicite impostarum quieſcente, &  
lege aliquā non obſtante. Unde, quin poſſint admitti in nume  
rum Procuratorum & Advocatorum, Aſſessoratū dignitatē,  
Consilioſum Principis participationem, Doctoris itidem titu  
lo inſigniri, ad Canoniciatum promoveri, nulli dubitamus,  
Add. Gud. de Jure Noviss. L. 1. c. 15. vers. eſt & aleſ. Ben. de  
Barz. de fil. non leg. nat. n. 35. Lud. de Sard. & Rosell. Impr  
misi

mis, cum interdum ita proficiant virtute & eruditione spurii,  
ut digni sint qui eximantur ab infami nativitatis notâ. Tho-  
lofan. in Synt. Jur. Univ. lib. 10. c. 4. n. 1. ubi ex Euripide in An-  
drom. act. 3. verf. 90.

Η εἴτις νόθος πέφυκε, πολλάντις τὸ τοι,

Ἐγερθεῖσα γὰρ ἐπίκυνος πορῷ,

Νόθοι τὸ πολλοὶ γυναιῶν δυσίοις.

Licet nonbus sit, certe saxe numero

Arida satio fertile & pingue ornat solum,

Multique spurii prestant legitimis.

Longè verò plures & multò insigniores effectus suppeditat.  
Respectiva consideratio. Quamvis verò hi, in Legitimatio-  
ne per subsequens matrimonium sint maximè illustres; maxi-  
mè efficaces. Ibi enim, ut dictum, quia matrimonium retrotra-  
hitur ad tempus nativitatis, arg. 1. 5. & 10. C. de nat. lib. Gudel.  
de J. N. L. 1. c. 15. vers. porro. efficit illud, ut ante matrimonium  
natus verè legitimus sit, & pro eo habeatur, ac si legitimè natus  
esset, Carpz. d. p. 2. C. 6. d. 15. Unde & per omnia habentur pro  
veris, justis & legitimis liberis, nec ullâ in re abiis differunt. N.  
74. & N. 89. c. 9. vers. sit igitur licentia. Rittershus. d. c. 6. n. 3.  
Nihilominus nec ea, quæ per Rescriptum Principis sit, quam-  
vis debilior sit. Carpz. d. l. def. 16. n. 3. effectibus suis, satis con-  
spicuis, defituitur. Et hic igitur utrique communes lustrabo,  
si quid speciale in eâ, quæ est per subsequens matrimonio-  
rum, obtineat, additur. Offert autem sese I. Patria potestas.  
S. fin. Inst. de Nupt. 1. 5. & 10. C. de nat. lib. N. 74. c. 1. N. 89. c. 9.  
& huic consequens II. Jus Suitatis & Agnationis. d. xxx.  
unde est, quod non tantum legitimati per subseq. matrim. sed  
etiam per Rescriptum, si Princeps hoc eis concederit, possint  
III. Domus ac Familiae arma gestare & insignia usurpare,  
Carpz. d. l. n. 7. Matth. Steph. de Jurisd. L. 2. p. 1. c. 6. m. 1. n. 70. Sed &  
IV. habent Jus Succedendi ab intestato. Et quidem, per  
Rescriptum Principis tunc demum, si nulli ex justis nuptiis  
procreati supersint, avib præterea C. de nat. lib. N. 74. N. 89. c.  
9. Aut Princeps in Legitimatione hoc specialiter expreſſerit.

Ludw.

Ludw. p. m. D. 10. lit. c. Per Matrimonium subsequens autem Legitimi per omnia, eodem modo, quo liberi qui ab initio ex justis nuptiis nati sunt, succedunt patribus justis. §. 1.  
J. de hered. qual. & diff. d. N. 89. c. 9. vers. si igitur. Ubi tamen notandum, procedere haec (1.) nisi liberi speciali pacto, (quod strictè intelligendum,) à Successione excludantur. Tale Matrimonium dicitur ad Morganaticam 2. Feud. 29 & est, quod eō pactō contrahitur, ut tām uxor, quām filii dono nuptiali, (quaꝝ Morgengabe, Morgengab/ & corruptē, Longobardorum vocabulo, Morganatica dicitur;) vel alia certā portione, tempore sponsaliorum aut nuptiarum, destinatā, a. t. sint contenti. Cū enim Jus Naturæ successionis rationem & modum non determinet. Magn. Struv. Ex. Feud. c. 9. apb. 2. n. 11. posse quem, justis ex causis, liberos, (etiam legitimos,) assignatā certā portione, à reliquā successione excludere, non videtur iniquum; id quod ex Grotiō l. 2. de J. B. & P. c. 7. n. 8. confirmat prælaudat. Dn. Struv. d. l. c. 2. apb. 5. n. 8. præsertim si quis ducat nobilitate sibi imparem. Vid. Befold. Theſ. Prat. (verb. Morgengab/ & Berlich. L. 2. Concl. 15. (II.)) In allodialibus Feudalia enim quod attinet, ab iis per text. §. naturales 2. Feud. 26. Legitimos per subs. matrim. excludi in confatio est. Ita ut nec Princeps in iis possit præjudicare, ut Domino Feudi, aut Agnatis. Ubi tamen distinguendum est. In Feudo Novo, si Dominus Feudi eos exp̄resē ad successionem velit admis̄os, (quod & tum evenit, si Dominus investiat aliquem pro se & filiis suis natis & nascituri, sciens Vasallum, non alios, quām Legitimos habere Forst, de success. L. 6. c. 39. n. 3.) succedunt. Nobiliss. Dn. Struv. Ex. Feud. c. 8. apb. 3. n. 7. In Antiquo vero non succedunt, nisi consentiant illi, quorum subest præjudicium. Quod etiam eo casu verum esse putamus, si Princeps expressē addat Legitimationi clausulam, ut succederent in Feudis, per ea qua post alleg. Pistor. Fachin. & Carpz. tradit Dn. Struv. cit. loc. Ubi num. 11. argumentis Jani ab Arcedur. respondet. Dissentit & Gail. 2. Obsf. 142. n. 13. per hanc rationem, quod Agnati tantum habeant Jus quæsitum in spe, non in re.

D

Vid

Vid. Carpz. p. 3. *Conf. 28. def. 16.* Legitimos autem per subf.  
matrim. quod attinet, si præcisè verbis d. s. naturales inhærente  
velimus, idem fortè dicendum. Si vero rationem, quod Successores Feudales ex primi acquirentis sanguine debeant succedere, si Usus & interpretationem Dd., Jus Civile, cui Jus Canon. consonat, respicientium attendamus, iis successionem  
nec hic denegare poterimus, licet in Investiturâ habeantur  
verba, für sich und seine Ehelich geborene Leibes-Ehens - Erben /  
quam sententiam latè deducit, & authoritatibus Dd. firmat  
Dn. Struv. all. loc. Ubi & n. 12. id extendit ad procreatos à parentibus,  
qui juxta thes. 9. suprà lit. a. sponsalia inivere, sed,  
propter mortem alterutrius, solenni copulatione nuptias non  
celebrârunt. Add. Myns. Cent. 5. Obs. 42. n. 1. & 2. Ludw. p.  
m. in Comm. ad Inst. sub rubr. ad Jus novissimum de Success. ab int. p.  
362. Limitantur tamen dicta, Nisi aliud statuto vel consuetudine  
loci singulariter reperiatur constitutum. Dn. Hahn. all. loc.  
verb. per subf. matrim. (III.) Successionem ex Rescripto Principi-  
pis quod attingit, tum demum obtinere, si Legitimatio ante  
mortem patris præcesserit. Post mortem enim ejus facta,  
nulla est, in præjudicium eorum, quibus jus succedendi ab  
intestato est quæsum. Gail. 1 Obs. 142. n. 16. Hahn. ad Wœsenb.  
tit. de his qui sui vel al. n. 2. verb. Diploma. Ubi tali præjudicio  
hoc confirmat: Ob wol Jungf. M. S. besage des beykommen-  
den Räys. Privilegii, auch ad jura successionum & hereditatum  
legitimiret, dieweil jedoch selbige Legitimatio nach tödlichen Hin-  
tritt des Vatern geschehn, und also uss dessen Erbschaft / als welche  
vorhin gefallen/ nicht wirteln kan/ so mag dieselbe von solcher Erb-  
schaft mehr als 2. Uncias mit Besande nicht fordern. Non  
autem solum succedendi jus, juxta jam dicta, Legitimatis tri-  
butum, sed & IV. debetur ipsis ex bonis parentum Legitima:  
Forst. d. lib. 6. c. 29. n. 6. & c. 37. n. 31. ibiq; plures alleg. Rittersh.  
ad N. p. 4. c. 4. n. 15. Unde sluit VI. quod præteriti in Testa-  
mento, illud vel rumpant, ac si post testamentum factum le-  
gitimi nati fuissent. Forst. d. c. 29. vel rescindant. Id. d. c. 37.  
quod ampliatur etiam in testamento fratri, in quo persona-  
turpis

turpis est instituta, datur enim etiam Legitimi s contra hoc.  
Querela in officio si. d. N. 89. Emanat hinc VII. effectus (qui tamē & sequentes, Legitimationi per subl. matrīm. proprii esse videntur, (ut Legitimi excludant eum, qui substitutus est, in casum, quo non existant liberi legitimi & naturales.  
quia nimis subsequence matrimonio legitimati quoque sunt legitimi & naturales, ideo, quād diu tales existant, substitutus non admittitur. post Gabrielium, Rittersh. p. 7. c. 6. n. 3. quod ampliatur etiam. VIIIus sese exserit, Eo casu, si per substitutionem vocati sunt filii filiorum veri, non ficti. Treutl. & ibi alleg. Diff. 16. t. b. 2. lit. B. Rittersh. d. l. Parili modo, quamvis Statuta, propriè & strictè sint intelligenda, l. 3. §. 6. ff. de neg. gef. l. 21. ff. de Testam. mil. l. 14. ff. de V. O. l. 1. C. de hered. insit. nihilominus, si Statutum faciat mentionem legitimè natorum, comprehenduntur legitimati, adeò, ut si relictum sit, sub conditione liberorum tollendorum, legatum, id Legitimatione facta habeat locum. Scot. Coll. Jur. Diff. II. n. 18. Unde IX, etiam hi Statuto, excludente fœminas existantibus masculis, includuntur. Forst. d. l. c. 37. n. 34. Tiraq. de Jure Primogen. q. 21. n. 8. Quod tamen etiam, ut dictum, ad eam, quæ fit mediante matrimonio, restringendum. Legitimus enim per Rescriptum Principis non excludit filiam ex legitimis nuptiis natam, sed unā cum illâ admittetur, ad successionem paternam, quantumvis alias illa filia per filios legitimos fuisset exclusa. Rittersh. all. loc. n. 9. Magn. Dn. Richt. ad avth. præterea, C. de nat. lib. n. 28. Sed & ulterius vires suas extendit Legitimatio hæc; ut & X. Donationes contra Legem §. C. de revoc. don. factas rescindat. Secus in eâ quæ per Rescriptum Principis fit. Tiraq. ad l. s. unquam C. de revoc. don. verb. suscepit liberos n. 64. & 71. Quin & Jus XI. πεντηκόντα seu Retractis tribuit arg. d. N. 89. Tiraq. Tmtl. Retrac. Lignag. §. 1. Gl. 8. n. 10. Nam si Agnatio & Familia per legitimatos conservatur, cur hoc modo Legitimi ad Retractum non essent admittendi? Militat namque pro iis patiter ratio, fundata in favore sanguinis, & affectionis erga bona Majorum. l. 22. vers. ergo C. de adm. tut. Add.

Tiraq. d. l. Berl. p. 2. Concl. 39. n. 18. Wissenbach. D. 36. th. 5. Ad-  
dunt XII. Dd. & hunc effectum, ut tribuat Jus Primogenitu-  
ræ, h. e. ut Legitimus, tanquam primogenitus, cæteris filiis,  
nativitate posterioribus, præferatur. Sed de hoc effectu vide  
Ludw. p. m. Disp. 10. th. 2. Forst. d. l. c. 24. Tiraq. de Jure Primog.  
p. 34. num. 44.

Et hæc de utilissimâ hæc materiâ, non pro ejus  
dignitate, sed ingenii imbecillitate, insti-  
tutique ratione, dicta sufficient.

DEO MAXIMO

SIT

LAUS, HONOR ET GLORIA.



Oc scripto tradis, quâ nam ratione Pa-  
rentes

Natos non justos legitimare queant:  
Gratulor hos ausus, pulchrumq; hunc  
laudo laborem,

Te Themidos natum legitimum esse cano,

Johannes Christophorus Falckner/

Prof. Publ. Rector Academie  
designatus.

I Nterière rose, perierunt gramina campi,

Et quercus foliis stat viuata suis :

Tutamen egregiæ flores, & protinus ipsos

Ingenii fructus reddis, Amice, tui.

Dum Cathedram Themidos scandis, dum differis apte,

Gratulor & captis fata benigna precor.

Christoph. Philip. Richter D.

Com. P. C. Collegii Jurid.

Ordinarius.

**P**ræclarum ingenii specimen proponis, Amice,  
Te complectatur sacra favore Themis!

*Ita vovet  
Præstantissimo Dr. Respondenti  
Georgius Adamus Struve D.*

**S**ic est, Legitimum Themidos Te censeo natum,  
Et qui vel sat agat volvere nocte libros  
Alme nutricis; quam si quoque porrò sequeris,  
Oblatum verè Curia amare potest,  
Et Princeps dignum Rescripto tollere honore,  
*Quem nullus livor, nec Libitina premat!*

*Ita vovet Eximio atque Præstantissimo  
Domino Respondenti, Disputatio-  
nis authori, & J.U. Cultori strenuo,  
Amico & Consalino suo Favissimo,*

**PRÆSES.**

**L**ipsiacæ, Noricæ, quem viderat atque Salanæ  
oblatum natum Curiaæ Apollo suum,  
Legitimum agnovid, doctum specimenque pa-  
ranti

Perge, ait, ingenui jura quieta statūs  
Ornari in cathedrâ, Rescripto Principis, altâ,  
Deinde secuturo Conjugio, faciam.

*Gratulab. depropenabat  
Erhardus VVeigelius, P.P.*

**S**o ist es in der Welt/soll eine Glocke klingen/  
**M**uß man sie ziehen an: Soll ein Feld Früch-  
te bringen/

D 3

Muß

Muß es gepflüget seyn: So muß man Müh' und  
Fleiß

Nicht sparen/wen man will erlangen Ehr un Preis.  
Dem/wer nur inner will auf weichen Rosen sichen/  
und siets in Mühiggang ohn alle Arbeit gehen/  
Erlanget nicht den Lohn/den sonst Alstraēa giebet  
Dem/welcher Sie mit Ernst/ und unverdrüßlich  
liebet.

Diß merckt Herr Braher wohl / drumb wil Er  
nicht so stehen  
ganz müsig/ daß sein Nahm mit ihm nicht mög  
vergehen/  
Er achtet keine Müh/ Er sparet keinen Fleiß/  
Auf daß Er möge nur erhalten Ruhm und Preis:  
Drumb wird Ihm Phœbus nicht der Tugend Lohn  
versagen/

Auch Fama wird sein Lob hin an die Wolken tra-  
gen.

Dieses wenige schrieb seinem hochwehr-  
ten Freunde glückwünschend

Joachim Ernst Otto/von Berlin  
aus der Marte.

---

**H.** In der die durch geile Lust/nicht aus keuscher Lieb ge-  
bohren/  
Hatten nach der Römer Recht aller Tugend Maht  
persohren/

Dene-

Dennoch war der Keyser gnädig/hat Sie andern gleich  
geschäkt/  
Und durch grosse Billigkeit den Verlust der Ehr' er-  
sezt.  
Was das Rechte darzu begeht/kan Uns hier Herr Kraher  
weisen/  
Drumb verdient Er billig Lob / Ewigend muß Ihn selbsten  
preisen :  
Wohl dem/der in solchen Sachen/wie Er thut/sich  
fleißig übt/  
Dem wird Themis Ehre geben / daß Ihn auch die  
Nachwelt liebt.

Also schriebe seinem vielgeehrten Freunde  
glückwünschend

Johann Christoph Otto.

---

**D**och Jason sich vor dem/durch Ewigendhaftes Leben/  
Mit tapfern Heldenmuth in Colchos hat begeben  
das rühmen wir annoch/und loben 's für und für/  
weil Er dadurch erklangt des güldnen Fliesses Zier:  
Wie/ sollte man denn ist bey unsren Lebens Zeiten  
Ein unvergänglich Lob demselben nicht bereiten?  
Der ja so wohl/als Er/durch Ewigend hat verdiene  
Das was Er stets gesucht : ein Lob das immer grünz.  
Drumb fahr fort/ lieber Freund/den Rechten nach zu stres-  
ben/  
So wird alsdenn dein Ruhm nach deinen Tode leben/  
und


und bleiben stetiglich: Ich weis man wird ihn sehn  
wo Tigran sich bemezt/ und wo die Sterne steh'n:

Dieses sezen in Eil seinem hochgeehrten  
Herrn Tisch- und Haushgenossen/  
wie auch sehr werten Freunde zu  
Ehren.

Ulrich Hermann Kummer von Han-  
nover/ der Arzney Besitzener.







Jena, Diss., 1664 R-Z

ULB Halle  
004 852 230

3



f

TA → OL neu 18.11.11 f

10.11



# Farbkarte #13

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Centimetres

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Inches

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

URIDICA,  
4  
1664/40  
ATIONE,  
23

ER FACULTATEM

TE,

Consensu

*ni j Ctorum Ordinis*

*A N A ,*

*C I N I O*

*simi atque Excellentissimè*

**HARBORDI**

**J. U. D. CURIÆ**

**ONICÆ utrius Linceæ**

**R DINARII**

*ni,*

*TORIS ET HOSPITIS,*

*u devenerandi,*

*rum examini submittit*

**H E R / Dresdensis,**

*R.*

*inuarii,*

*Ctorum.*

**Æ ,**

**I S N I S I I ,**

**LXIV.**